

Am uerò aduente die reddēdi notū, & cōplēndi desiderij: egressus est de domo paterna Bernardus pater fratru suorum cum fratribus suis filiis suis spiritalibus: quos uerbo uitæ Christo genuerat. Videns autem Guido primogenitus fratrum suorum, uitarum fratrem suum minimum puerū cum pueris alijs in platea: cū, inquit, frater uia uerde: ad te solum respicit omnis terra possessionis nostræ. Ad quod puer nō pueriliter motus: uobis ergo, inquit, cælū, mihi terra. Nō ex æquo diuisio hæc facta est. Quo dicto abestibus illis: modico post tēpore, & ipse frater secutus, nec à patre nec à propinquis seu amicis potuit detineri. Supererat de deo dicata domo illa pater cum filia: de quibus sanctam suo loco dicemus.

Eo tempore nouellus & pusillus grex cisterciensis sub abbate degēs uirō uenerabili Stephano cum iam grauior tædio ei esse inciperet paucitas sua, & omnis spes posteritatis decideret in quam sanctæ illius paupertatis hæreditas transfunderetur: uenerantibus omnibus in eis uitæ sanctitatem, sed re fugientibus austeritatem. Repente diuina hac uisitacione tam læta, tam in sperata, tam subita, lætificatus est, ut in die illa respōsum hoc à spirito sancto accepisse sibi domus illa uideretur. Lætare sterilis quæ nō pariebas, erumpe & clama quæ non parturiebas: quia multi filij desertæ, magis quàm eius quæ habet uirum: de quibus postmodum uisuræ es filios filiorum usq; in multas generationes.

Anno ab incarnatione dñi Millesimo centesimo tredecimo, cōstituitur domus cisterciensis, decimo quinto: seruus dei Bernardus annos natus circiter uigintiduos, cisterciū ingressus cū focijs amplius quā triginta, sub abbate Stephano: suauis iugo Christi collum submisit. Ab illa autē die dedit dñs benedictionē, & uinea illa dñi fabaoth dedit fructū suū, extendens palmites suos usq; ad mare & ultra mare propagines eius. Hæc quæ fuerit uiri dei conuersionis sanctæ principia. Conuersationis autē eius insignia, quomodo uitæ angelicæ gerens in terris uiuixit: neminem enarrare posse puto, qui non uiuat de spiritu de quo ille uiuixit. Solius quippe donantis & accipientis est nosse: quātū ab ipso mox conuersionis exordio præuenerit eū dñs in bñdictionibus dulcedinis suæ, quāta repleuerit grā electionis, quō ab ubertate domus suæ inebriauerit eum. Ingressus est autē domum illam pauperem spiritū, & eo adhuc tempore absconditā, ac penē nullā, intentione sibi moriendi à cordibus & memoria hoīm, & spe de litescendi & latendi tāquam uas perditū: deo aliter disposito, & ei sibi in uas electionis pparante, nō solū ad ordinē monasticū confortandū ac dilatandū: sed ad portandū nomē suū corā regibus & gentibus & usq; ad extremū terræ. Ipse uerò nil tale de se estimās, aut cogitās: potius ad custodiā cordis sui & propositi cōstantiā hoc semp in corde, & in ore habebat. Bernardus, bernardus ad quod uenisti. Et sicut de dño legit, quæ cepit Iesus facere & docere, à prima die sui in cellā nouitorū ingressus, ipse cepit agere in semetipso: quod alios erat docturus, ipse cum nouitius esset in nullo sibi parēs, instabat omnimodis mortificare non solū concupiscentias carnis, quæ per corpus sunt: sed & sensus ipsos per quos sunt. Cū enim iam interiore sensu illuminati amoris dulcius ac frequentius sentire inciperet deusursum sibi spirantem suauitatem, sensui illi interiori timentis à sensibus corporis: uix tñ eis permittēbat, quantū sufficeret ad exterioris cū hoibus conuersationis societate. Quod cū cōtinuū usus instantia in cōsuetudinē mitteret: cōsuetudo ipsa quodāmodo uertebat in naturā: totusq; absorptus in se, sæpe tota in deū directā intētiōe, seu in meditatione spiritali tota occupata memoria uidentis non uidebat, audientis non audiebat, nihil sapiebat gustāt: uix aliqd sensu aliquo corporis sentiebat. Iam quippe animum integrū exegerat in cella nouitorū: tū extēns inde, ignoraret adhuc an haberet domus ipsa cōsuetudinē, quā solēmus dicere celaturam. Multo tempore frequentauerat in trans & extēns domum ecclesiæ: cū in eius capite ubi tres

erāt, unā tñ fenestrā esse arbitrarē. Curiositatis enim sensu mortificato nil hauiſſemodi sentiebat uel si cum forte alijs quādo cōtingebat uidere, memoria ut dictū est: alibi occupata non aduertebat. Sine memoria quippe sensus sentientis minus efficax est. Natura quoq; in eo nō dissētibat à gratia: ut in eo quoq; impletū quodāmodo uideret esse quod legit. Puer erā ingeniosus, & fortitus sum animam bonā: & cum magis essem bonus, ueni ad corpus incoīnquinatū. Ad cōtemplanda quippe spiritalia quæq; seu diuina cū grā spūali, naturali quadā uirtute pollebat ingenij: fortitusq; etiā ipse in hoc aiām bonā, sensualitatem non curiose lasciuam, nec superbe rebellem, sed congruētem spiritalibus bonis & studijs, & in eis quæ ad deū sunt spōte subditā spiritui, & seruientem: corpus etiā nullius unquam contaminatum consensu flagitij ad seruendum spiritui, in seruitio dei aptissimum instrumentum. Apparebat in carne eius grā quædam, spūalis tamen potius quàm carnalis. In uultu claritas præfulgebatur, nō terrena utiq; cælestis: in oculis angelica quædam puritas & columbina simplicitas radiabat. Tanta erat interioris eius hominis pulchritudo, ut euidētibus quibusdā in die cñs foras eriperet: & de cumulo internæ puritatis & gratiæ copiose perfluis homo quoq; exterior uideret. Corpus omne tenuissimum & sine carnis erat. Ipsa etiā subtilissima cutis: in genis modice rubens. Illo nimirum quicquid calorū inerat naturalis: assidua meditatio & studiū sacræ cōpunctionis attraxerat. Cæsiaries ex flauo colorabatur & candido, barba subrufa: circa finē uitæ eius resperſa canis. Staturo mediocritatis honestæ: longitudo tñ uicior apparebat. Sed cū caro in eo ex dono præuenientis gratiæ, & adiutorio subsecutis naturæ, & usu bono spūalis disciplinæ, uix iam aliquid cōcupisceret aduersus spiritum: hoc est quod spiritus læderet: spiritus supra uires, supra uirtutē carnis & sanguinis, tanta aduersus carnem cōcupiscebatur: ut infirmū animal cadens sub onere, resurgere non ualeret.

Um autem placuit ei qui eum segregauit à seculo & uocauit ut ampliore gratia reuelaret in eo gloriam suam, & multos filios dei qui erāt dispersi per eum congregaret in unū: misit in cor abbatīs. Stephanū ad ædificandū domum clareuallens, mittere fratres eius. Quibus abeuntibus, ipsum etiam præfēcit abbatem: mirantibus sanē illis tanquam maturis & strenuis uiris, & timens: tum pro tenacioris ætate uirtutis, tum pro corporis infirmitate, & minoris uisū exterioris occupationis. Erat autem Clareuallis locus in territorio Lingonensī, nō longe à stuuio Alba: antiqua spelunca latronum: quæ ab initialis uallis antiquit' dicebatur. Ibi ergo in loco horroris & uastæ solitudinis confederunt uiri illi uirtutis, facturi de spelunca latronum, templum dei: & domū orationis, ubi simpliciter aliquanto tempore deo seruirent in paupertate spiritus: in fame & siti: in frigore & nuditate: in uigilijs multis. Pulmētaria sæpius ex folijs fagi cōficiebantur. Panis (instar prophæti illius) ex ordeo & milio & uitia erat: ita ut aliqui religiosus uir quidam appositum sibi panem in hospitio, ubertim plorans clā asportauerit quasi pro miraculo omnibus ostendēti: quod inde uiuerent homines, & tales hoīes. At uirum dei minus ista mouebant. Summa ei sollicitudo de salute multorum: quæ à prima die cōuersionis suæ usq; in finē tā singulariter sacrū illius perfluis noscitur possedisse: ut erga oēs aīas maternū gerere uideretur affectū. Erat ergo uehēmēs in præcordijs eius sancti desiderij, & sanctæ humilitatis consilius. Modo enim se ipsum deiciens fātebat indignū per quem fructus aliquis proueniret: modo oblitus sui restuabat flagrantissimo ardore: ita ut nulla sibi nisi ex multorū salute cōsolationem posse admittere uideretur. Sanē fiduciam charitas pariebat: sed eandem castigabat humilitas.

Qontigit aliqui peractis uigilijs, ut egressus foras & loca uicina circumiens oraret ad dñm: quatinus acceptum haberet obsequium suum & fratru suo. Subito uerò stans in ipsa cella, modice interclusis oculis,